

IN NOMINE DOMINI. AMEN.

COETUS PATROLOGORUM POLONORUM  
OMNIBUS ET QUIBUSCUMQUE HASCE LITTERAS VISURIS  
SALUTEM

CUM REVERENDUS ADMODUM  
IN CHRISTO PATER ET DOMINUS  
DOMINUS **HENRICUS PIETRAS**

SACRAE THEOLOGIAE DOCTOR HABILITATUS  
PONTIFICIAE UNIVERSITATIS GREGORIANAE PROFESSOR ORDINARIUS  
ACADEMIAE CATHOLICAE COLLEGII BOBOLANI PROFESSOR

QUI OLIM ALTIORIS SCHOLAE PHILOSOPHICO-PAEDAGOGICAE, DEIN VERO  
EX EA ERECTAE ACADEMIAE, IGNATIANUM NUNCUPATAE, CRACOVIAE  
SITAE, RECTORIS MAGNIFICI QUATTUOR PER ANNOS MUNUS EXPLEBAT,  
QUI FACULTATIS PHILOSOPHIAE IN ILLA STUDIORUM ACADEMIA DECANI  
SPECTABILIS OFFICIUM SERVABAT, QUI CATHAEDRAE HISTORIAE CULTUS  
CIVILIS CHRISTIANI MODERATORIS VICE IBIDEM FUNGEBATUR, QUI  
VIRORUM DOCTORUM ACADEMIAE SCIENTIARUM POLONAE IN CONSILII  
SCIENTIARUM THEOLOGICARUM ET STUDIORUM BYZANTINORUM  
LABORANTIBUS SOCIAM OPERAM NAVAVIT, QUI PATROLOGORUM COETUM  
IN VARIIS OPERIBUS FOVENDIS LIBENTISSIME IU VAT, QUI OFFICINAE  
EDITORIAE APOSTOLATUS ORATIONIS QUAE DICITUR, CRACOVIAE  
FUNDATAE, DIRECTOR, SERIES FONTES DOCTRINAE THEOLOGICAE ET  
MAGNI VIRI ECCLESIAE QUAE VOCANTUR, EDENDAS CURAVIT, QUI  
MULTORUM LIBRORUM ET ARTICULORUM SCIENTIFICORUM AUCTOR  
LOCUPLETISSIMUS EVASIT, QUI FERE QUADRAGINTA ANNOS LABOREM  
SUUM UTILISSIMUM INDEFESSUS EXERCET, QUI IN SOCIETATE IESU  
PRESBYTER PROFESSUS VOCATIONI SUAE FIDELIS PERMANSIT,

QUATTUORDECIM VITAE LUSTRA FELICITER FINIERIT

AMICI COLLEGAE DISCIPULI

EX ANIMO GRATULANTUR ET OPTANT, UT FAVENTE CAELO VALEAT  
VIGETQUE IN MULTOS ANNOS ET PRAECLARA PATROLOGIAE STUDIA  
PROMOVERE ET ADORNARE PERGAT.

DATUM LUBLINI, DIE XV MENSIS SEPTEMBRIS

ANNO DOMINI MMXXIV

Textum exaravit et in Latinum sermonem vertit Thaddaeus Gacia